

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Abusio e
cum fonte primo

Duodecim sunt abusiones seculi,
scilicet
sapiens sine operibus,
senex sine religione,
adolescens sine obediencia,
diues sine eleemosyna,
femina sine pudicitia,
dominus sine uirtute,
Christianus contenciosus, pauper superbus,
rex iniquus, episcopus negligens,
plebs sine disciplina, populus sine lege.

Cyprianus de duodecim abusiuis.

Duodecim abusiua sunt saeculi.
hoc est:
sapiens sine operibus,
senex sine religione,
adulescens sine obedientia,
diues sine eleemosyna,
femina sine pudicitia,
dominus sine uirtute,
christianus contentiosus, pauper superbus,
rex iniquus, episcopus negligens,
plebs sine disciplina, populus sine lege.

Pseudo-Cyprianus Carthaginensis, *De
duodecim abusiuis saeculi*, prologus (CSEL
3.3, W. Hartel ed., p.152, ll.3-7).